

Publication/Creation

June 1949

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/hem3qjs8>

License and attribution

Wellcome Library; GB.

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Simile lumen non eiusmodi respirationem, sed neque ipsum adeo delirium, quo
quam magnum portendere censemus. Ita etiam habet circa respirationem:
felices enim aerumnatumq; expertes, ac molles, circa singulas actiones inaequaliter respirabunt, etiam si nihil adeo magnum ipsos cogat. Qui uero ad laborem industrii & generosa mente praediti sunt, priusq; ad extremam debilitatem eorum facultas redigatur, non uincit inaequaliter respirauerint. At uero in pulsu inaequalitate eadem prænotio affectio est, tu in his qui generosa, tu qui praua & uitiosa mente praediti existunt. Ut enim uniuersaliter & in summa dicam, ubi uoluntas nihil confert ad actionem, ibi id quod significatur aequale est omnibus. Vbi uero aut totum aut plurimum, ibi amplius etiam inspicere oportet mores ipsius aegri. Quemadmodum autem differentia facultatum efficientium actiones, tum circa pulsus, tum circa respirationes, differentes facit prænotiones, Sic etiam circa ipsam organorum naturam, quædam indicationis alteratio erit. Pulsus enim per leues arterias, respirationes uero non per solas asperas arterias fiunt, sed non minus quam per ipsas, immo fortassis magis, per musculos genus. hoc enim est quod primum animalis facultas mouet ad respirationis generationem, ab eo uero totus thorax motus ipse rursus pulmonem commouet eo, quo diximus in horum tractatu, modo: pulmonis autem pars sunt asperæ arteriae in quas primum aer qui inspiratur peruenit. Quemadmodum igitur harum affectiones totam respirationem saepe inaequalem reddunt, sic & affectiones muscularum, propterea sane quod illæ spiritus sunt loci, musculi uero primum motus instrumentum. uerum non eadem affectio in utroq; organoru genere, inaequalem respirationem facit, quum neque utilitas ipsorum similis existat. Si quidem igitur unumquodq; organum in id ipsum, per quod sanguis existens actionem iuuit, etiam aegrotans laeditur: asperarum utique arteriarum laesio coarctatio quædam est, muscularum uero aberrans & inordinatus motus: atque illarum quidem ut spiritus locorum, horum uero ut motus organorum offensa est: & coarctationis quidem in asperis arterijs, tumores præter naturam reos declarauerim, aberrantium uero in muscularis motuum occasiones nunc referemus. Sunt igitur propriæ muscularum affectiones, conuulsiones, concussions, & tremores, quemadmodum in alio loco est demonstratum. uerum quod haec etiam aberrantes motus sunt, uerbis non eget. & si quidem ambo haec ita habent ut scilicet & affectiones sint, & aberrantes pariter muscularum motus, atque haec ipsa sunt quæ querimus, finem utique nobis hic habebit institutus sermo, erit nanque aliquando inaequalis respiratione, propter aliquam harum affectionum. Quemadmodum enim ambulatio inaequalis fit, crutum musculis aut trementibus, aut concussis, aut conuulsis, Ita & respiratione aliquando inaequalis fit propter thoracis musculos (ut dictum est) offensos.

Differentia iuxta organorum naturam

mi mons. v
pprath. et p. m.
sh.
rat mult mons.
v. Mys. 27
mag. 37. p. m. f.

Muscularum
affectiones
proprie

Simile

Quare